

vnd brandtschaz. tunc contra eum mandata ad instantiam partis decernuntur. vt factum est in causa Herin burgermetster vnd rath der Stad Northausen/ Contra Kerstenhemmen vnd Hansen Montag 5. May Anno 1559. Ruland. de Commission. part. 2. lib. 9. cap. 19. nu. 8. fol. 215. Quemadmodum & præter hæc conatus in causa fractæ pacis pro ipso effectu interdum habetur, & in pœnam pecuniariam punitur. Quo de vide Geil. 1. pacis publicæ c. 14. & addition. ad Distinctionisabschied. fol. 80. Qualiter in processu fractæ pacis, allegatæ literæ diffidatoriz probandæ veniant? vide Rosacorp. pract. forens. observ. c. 56. f. 228. & seqq.

Differunt autem diffidationes, Absagen/Sehde/te. & minæ, Trauwort. Hæ enim offensiones quidem intentant, sed leuiiores, ac priuato fere intentantur conditionaliter, als/ich will mit dir eine Kugel wechselfen / so fern du dich mit mir nicht vertragen würdest. Illæ vero in publicum & contra pacem publicam fiunt, ac bellû & seditiones spirant, simul prouocando, Beschden. Vide Vvesembec. in 6. item lex Iulia. de vi. n. 4. Inst. de publ. iudic. quam distinctionem tamen reiicit Augustus Elector d. constitu. 15. p. 4. Nouellarum suarum. Alias, qui minatur tantumurbationem, nec vltra verbâ progreditur, potius iniuriarum tenetur, quam de vi. c. querelam. 34. de elect. Vvesembec. consil. 33. n. 24. ac potest hoc casu mandatum seu cautio de non offendendo peti. Geil. libr. 1. obs. 4. Menoch. 2. arb. iud. q. 140. Gomez. 3. resol. 6. cui ne elusoria reddatur, Iudex fere pœnam addit. l. 66. ad Treb. l. 5. Cod. de his qui ad Eccles. Menoch. & Gomez. dd. locis. Vocabulum diffidare venire videtur ab

antiquo Gallico vocabulo *diffier* ou *desfier*, quod *prouocare* significat. Hinc: *Iete desfie, ego te prouoco*. Idem, *En voyer desfier*, dimicationem & eadem denunciare cupiam.

An sub verbo, *Sehde vnd Kriegs- handlung*/comprehendatur etiam tempus induciarum? Vide Myns. decad. 3. respons. 21. n. 73. & 77.

Sehde hostilitatem siue bellum significat Bodin. lib. 1. de rep. c. 10. pr. Bocer. class. 4. disputat. II. thes. 14. fol. 7.

Befelchhaber.

Vide infra lit. G. verbo *gewalthaber*.

Beguine. Begunet sein.

Beguina, sunt forores, quæ nulli certæ & approbatæ regulæ sunt adstrictæ. Habent tamen aliquem præscriptum viuendi modum.

Ira & *Profess thum*/de quocunq; ordine generaliter dicitur, non tantum, quando regulares professionem faciunt, sed etiam, quando significare volumus, ab aliqua receptum esse habitum beguinalem, so wir von Einschleiffen reden. Et hic modus loquendi est attendendus, hæcque communis & generalis vocula, *Profess thum*/semper interpretanda & extendenda est, secundum subiectam materiam: vt si de vera professione loquamur, quæ faciunt regulares & illi, qui sunt de primo & secundo ordine, tunc de ea intelligatur. Sin loquamur de beguinis, & aliis non regularib, intelligamus per professionem nihil aliud, quàm susceptionem habitus. Atq; tali casu prouo & eodem accipitur: *Sie hat Profess gethan/vnd/sie ist eingeschleiffet worden*. Mynsing. dec. 1. respons. 100. n. 44. & seq. vbi & n. 43. ait: Beguinatum non esse ordinem regularem, nec religiosas efficere,